Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Drei Vorlesungen in Rom - Cod. Ettenheim-Münster 196

Lugo, Juan

[S.l.], 1632-1633

Sectio I.

urn:nbn:de:bsz:31-116360

Visual Library

examen distinctum, sed in confesso e peccat, qa n procurat illud habere distincte.

2do dubitatur: an posit quis velle efficaciter nihil considerare? R. pro hoc instanti psenti n sit id velle, qa cum nunc existat illa volitio, nunc etiam debet eo cognitio e consideratio de bonitate nihil considerandi; an verò posit nunc velle cessare immediatè post ab oi consideratione? aliqui negant, qa vel immediate post perseverat eadem volitio, vel n pseverat. si pseverat volitio, e aliqua cognitio, meng… e. fit e volitio sine cognitione. Si n pseverat, n habebit effectum, volitio e. pterita n coget nunc intellectum ad obediendum cum iam cessarit imperium voluntatis. forsasse tn n e hoc ita impossibile, nam sicut spes intellectuales dependent a multis aliis conditionibq vt excitentur vel n excitentur ad operandum, potest etiam dependere ab hac conditione vt spes huiq obti n fuerit impedita a voluntate in statu pcedenti, praesertim si sit spes remissa, quæ conditio licet videatur extrinseca, sicut tn aliæ etiam conditiones extrinsecæ, quæ multum conferunt vt aliqua spes excitetur vel n excitetur, de quo in Philosophia.

Dubitari etiam hic solet: an peccatum ex ignorantia sit eiusdem spei cum peccato ex malitia, e an sit graviq vel leviq. de his tn agitur infra in mã de peccatis. pro nunc observa ex dictis ad peccatum etiam ex ignorantia requiri semper aliquam consideraoem actualem malitiæ, sine hac e. consideraoe malitia nullo modo e voluntaria, cum sit oio incognita. nec obstat si dicas: qd tenebatur hõ eam cognoscere, repugnat e. teneri ad aliquid sine aliqua eiq notitia, si ergo tenebatur scire, cognoscebat se ad id teneri, alioquin n potuit debito satisfacere, e per consequens n peccabit.

DISPVTATIO III.

De Voluntario libero.

Postquam dictum e de Voluntario in coi, dicendum e de Voluntario libero, qd, vt videtq, ctinetur sub illa rãe cois Voluntarij, e cuiq notitia e magis necessaria ad actq humanos e morales cognoscendos, cum tota moralitas actionis in libertate fundetur.

SECTIO I.

An e quid sit libertas?

Nomine operandi libere n intelligimq in psenti illam quæ fit sine pcepto aut sine coactione proveniente ex metu, quæ licet aliquomodo appellari soleat necessitas, n e tn simpliciter sed secundum quid, scilicet necessitas pcepti,

necessitas

necessitas coactionis &c. Aliquing itaq libertatem operatis quatenus fit cum indifferentia seu cum potestate ex parte principij ad vtrumlibet, quæ potestas aliquando ē ad actiones contrarias, vt ad amorem, ē odium, ē dicitur libertas contrarietatis seu quoad specificaõem; aliquando ē ad contradictoria, vt ad amandum, ē n̄ amandum, seu ad amandum, ē nolendum amare, ē dicit libertas contradictionis seu quoad exercitium.

Dari de facto libertatem indifferentiæ in nr̄is operaõibꝫ evidens ē lumine nãæ, ex propria experiẽa, ex præmijs ē supplicijs quæ alioquin iniuste retribuerentur, ex reprehensionibꝫ ē laudibꝫ &c. certum etiam ē ex fide Catholica contra hæreticos antiquos ē modernos qui eam negârunt, contra quos videatur Bellarminꝰ controversia de grãa ē libero arbitrio. Adro vero libertas. Suarez lib. 1 de auxilijs, ē disp. 19 metaph. sect. 2 ē alij, quos refert Salas in præsenti tract. 3. lib. 1. sect. 10. hanc a. libertatem, quæ in nr̄is actionibꝫ reperitur, n̄ eē solum a coactione sed libertatem indifferentiæ ē sine hac n̄ eē peccatum nec liberum simpliciter, traditur novissime in Bulla Pij Quinti, ē Gregorij 13 contra Michaëlem Baium, vbi prohibetur illa propositio: qd voluntarie, etiamsi necessario fiat, libere tñ fit, ē sola violentia repugnat libertati hoīs naãli.

Hinc facile colligitur vera definitio libertatis, si ē sermo sit de libertate in actu primo seu de poẽa libera, ē illa quæ positis oībꝫ prærequisitis ad agendum pt agere ē n̄ agere. si vero loquamur de ipsa operaõe libera, ē illa quæ ita procedit a suo principio vt positis oībꝫ prærequisitis ad agendum potuerit n̄ procedere, seu cuius negaõ potuit coniungi cum principio proximo adæquate sumpto, ideo ē. amor Dei ē nobis liber in via, qa positis oībꝫ, quæ præcedunt in actu 1mo proximo, possumꝰ n̄ amare Deum, ideo n̄ ē liber in patria, qa positis ijs quæ præcedunt in actu 1o proximo scilicet visione clara Dei n̄ pt voluntas cohiberi ab amore.

Hanc definitionem recentiores Thomistæ volunt dupliciter limitare ne ex ipsa tollatur prædeterminaõ physica quasi libertati contraria. 1mo itaq dicunt poẽam liberam eē quæ positis oībꝫ prærequisitis pt agere ē n̄ agere; oībꝫ, inquiunt, prærequisitis ex parte caãrum 2darum, n̄ vero prærequisitis etiam ex parte Dei, qa ex parte Dei prærequiritur voluntas concurrendi ē concursꝰ cum nrã voluntate, quibꝫ prærequisitis positis ex parte Dei n̄ possumꝰ n̄ operari, ē tñ libere operamur. ita Alvarez de auxilijs disp. 115. ē de eisdem ibidem art. 10 § sed antequam, post 7mam conclusioem. alij 2do limitant definitionem vt positis oībꝫ prærequisitis possit poẽa libera in sensu diviso n̄ agere, n̄ tñ in sensu composito, hoc ē, n̄ possit coniungere negaõem operaõis cum ijs oībꝫ quæ posita sunt in actu 1mo proximo.

Vtraq limitaõ optime impugnatur a Suarez tom. 1 de grãa prolegom. 1. cap. 3. ē contra vtramq agemus magis ex professo in tractatu de grãa. nunc

breviter

breviter utraq reijcitur, qa neutro modo potest imputari voluntati moraliter ille actus, si e. ante usum libertatis præponitur ex parte Dei aliquid cui nos n possumus resistere, licet maneat pota ~~ad~~ operandi in sensu diviso, id e. ad n operandum quando deest illud requisitum, qd nunc positum e. nunc tn n debet mihi imputari qd agam vel n agam. ratio a priori e. qa in neutro casu habeo nunc potiam proximam ad n operandum, nam ideo mihi aliquod requisitum ex parte Dei ad n operandum, cuius positio n e. nunc in mea potestate, e. licet habeam potiam in sensu diviso, hæc tn n e. pota proxima ~~tere~~ e. expedita ad n agendum nunc, sicut qui ht pedes ligatos ht potiam ad ambulandum in sensu diviso a vinculis, n tn proximam e. expeditam, atq ideo n imputatur nunc ei qd n ambulet.

Ex hac libertatis definitione infertur potiam liberam ut liberam debere ee potiam activam, loquimur a. de libertate creata, qa in Deo certum e. reperiri verissimam libertatem absq productione actus liberi. loquendo a. de libertate creata certum e. apud oes hoc corollarium, e. colligitur ex Scriptura explicante libertatem e. ordinem ad potiam activam Ecclesiast. 31: qui potuit facere mala e. n fecit. e. alibi sæpe. e. ex Trident. sess. 6 cap. 5 libertatem nri consensus declarante per actionem his verbis: ita ut tangente Deo cor hois per Spiritus S. illuminatioe neq hoo ipse nihil oio agat inspirationem illam ~~recipiens~~ recipiens quippe qui e. illam abijcere pt e.c. ubi ex eo qd pt illam abijcere qua e. definitio libertatis, infert hoiem aliquid agere. e. can. 4 damnat dicentes n liberum arbitrium nihil cooperari assentiendo Deo ~~ars~~ nihil oio agere mereq passive se habere. videatur Bellarminus lib. 3 de gratia e. libero arbitrio cap. 10. e. Suarez dicto prologom. 1 cap. 2 e. desa disp. 19 metaph. sect. 2.

Ratio a priori communiter reddi solet, qa caa efficiens prius natura vel saltem prius ratione operatur quam passiva e. potiua ut passiua n concurrit libere, subsequitur e. necessario ad caam activam. hæc ratio e. satis difficilis, qa communior sententia Philosophorum tenet concursum caæ materialis n distingui a concursu caæ efficientis, sed utramq caam concurrere per eandem caalitatem e. n pt ee prioritas inter unam e. aliam caalitatem, nihil e. pt esse prius seipso prioritate naæ, vel originis. prioritas a. rationis n sufficit qa concursus caæ 1mæ e. prior ratione quam concursus caæ 2dæ e. n tollit libertatem caæ 2dæ. deinde n facile explicari in quo consistat illa prioritas ratis inter agens e. patiens cum utrumq concurrat simul e. sese invicem determinet, n minus e. determinatur agens a patiente ad talem effectum producendum, quam passum ab agente ad eum recipiendum.

Facilior ratio reddi, licet ex eo qd ois pota libera debet ee appetitiva, ut videbimus sect. 3. si e. libere ~~eligit~~ eligit e. electiua, e. ideo eligit qa vult, ois a. pota volitiua vel appetitiua creata e. activa, nam volitio e. amor ee taliter e. actus vitalis e. petit ee taliter fieri immanenter a sbto in quo e., ut supponitur,

Et de 1mo

& de jmo ad vltimum ōis pōtia libera creata debet ēē actiua cum indifferentia, alioquin n ēēt volitiua.

His suppositis redit praecipua difficultas de ista actione libera per quid constituatur formaliter in ratione liberae: an per aliquid intrinsecum in ipsa volitione libera: an per denominationem extrinsecam ab indifferentia principij quod deinde acquirere: an eadem volitio quae nunc fit libere potuisset fieri sine libertate & econtra. non pauci siquidem ex recentioribus docent libertatem ēē de ēētia actus liberi n solum reduplicatiue vt liber ē (de hoc ē n ē controuersia:) sed specificatiuē sumpti, quam sententiam acriter defendit Hurthado disp. j3 de Ania sect. 6. nec possumus negare quin habeat Authores plures ex antiquioribus, nam quicunque volunt bonitatem moralem ēē de ēētia actus boni, necesse ē vt idem dicant a fortiori de libertate, si ē, hic actus bonus qui nunc fit libere potest fieri sine libertate & pt ēē n bonus, nam ablata libertate n ēēt moraliter bonus, ōēs ergo qui id dicunt de bonitate, dicunt etiam de libertate. quare immerito P. Vasquez disp. 55. num. j5. dixit libertatem secundum omnium sententiam ēē denominationem extrinsecam prouenientem a potentia ex consideratione & attentione illecebrarum, cum ipsemet capite j. attulisset multos id negantes de bonitate morali. multi ergo id negant, alij dubitant. vt magister Ceriel infra q. j8. art. j. dub. 2. ~~sect.~~ 7.

Communior tamen sententia docet libertatem actualem n ēē de ēētia illius actus qui liber ē. hanc tenet Molina in concordia q. 23. art. 4 disp. j. membro ~~sect. 3 num. 62 & alij communiter~~ 7. Vasquez vbi supra. Salas in hoc tract. 3. disp. j. sect. 6. num. 62. & alij communiter, qui ōēs docent simpliciter ēē denominationem extrinsecam. Alij tamen licet dicant n ēē differentiam ēētialem volitionis, docent tamen ēē modum intrinsecum superadditum vel saltem relationem intrinsecam accidentalem superuenientem, quibus videtur fauere Valentia in praesenti disp. 3. q. 2. puncto j.

Ego communi sententiae assentior & assero libertatem actualem n addere supra ipsam entitatem volitionis, relationem, aut modum intrinsecum, sed denominationem extrinsecam prouenientem ab aduertentia rationis & a concursu indifferenti praeparato ex parte Dei in actu primo. quare eadem volitio quae nunc fit libere aduertente ratione ad preceptum contrarium, potuisset ēē necessaria si solum aduerteret hoc ad commodum obiecti, n vero ad incommodum aut prohibitionem ipsius, vel si n ēēt actu primo concursus Dei indifferens ad vtrumque actum. ratio ē, quia ablato quolibet modo absoluto & relatiuo superaddito volitio ē libera per hoc precise quod procedat a voluntate quando haec aduertit ad commoda & incommoda obiecti, & habet concursum indifferentem in actu primo; frustra ergo adduntur ea omnia ad istam denominationem; item si haec eadem volitio, qua volo hoc obiectum quod apparet bonum, abs cogitatione mali, fieret repraesentante illecebra aliquid mali in obiecto, tunc ēēt libera quae nunc ē necessaria & n ē de ēētia

ēetia huiꝰ volitionis libertas quam tunc haberet, nec necessitas, quam nunc ht. hoc ā argtm n̄ solum probat volitionem n̄ ēe ēetialiter liberam, sed etiam actionem ipsam qua fit volitio n̄ ēet ēetialiter liberam contra aliquos recentiores, qui concedunt de volitione & negant de actione qua fit, sed argtm de vtraq̄ probat, & multo magis in mea sentia, quam alias insinuaui, q̄d scilicet volitio n̄ fiat per actionem distinctam sed per seipsam ēetialiter pendeat a pōtā volitiua.

Dices: eo ipso q̄d appareat malum in obto q̄d antea n̄ apparebat mutatur obtū, prius ē apparebat obtū licitum, nunc vero apparet prohibitum & mutatur volitio. Sed contra. 1mo, q̄a pono q̄ prius solum appareret delectabilitas obti illectū n̄ attendente ad licitum vel illicitum & sola delectabilitas mouebat, nunc ā licet appareat illicitum, hac tn̄ rōe n̄ mouet ad eiꝰ amorem sed sola delectabilitas quæ prius & obtū prout attingitur directe ab hac volitione non mutatur per cognitionem prohibitionis. Contra 2do, q̄a nulla etiā facta mutatione cognitionis potuit dēsse concursꝰ Dei indifferens in actu primo, quo deficiente amor ēet necessariꝰ, & quo oblato amor ēet liber, & tn̄ obtū in vtroq̄ casu appareret idem absq̄ vlla variatione obtiua & eadem volitio ēet de se indifferens ad libertatem & necessitatem.

Confirmatur: q̄a absq̄ eo q̄d appareat quicquam mali ex parte obti pōt augeri libertas, vt quando semiplene & remisse attendimꝰ ad prohibitionem, actꝰ ē imperfecte liber, accedente ā plena aduertentia ad eandem prohibitionem actꝰ ē magis liber, in vtroq̄ ā casu cognoscitur & amatur idem obtū, licet in 2do casu meliꝰ cognoscatur sed n̄ aliud, & per consequens volitio n̄ ē alia licet sit magis libera & eodem modo poterit ēe simpliciter libera per solam denominationem extrinsecam.

Pbr consequentia: q̄a in perfecto casu fit magis libera & perfecto libera per solam denominationem extrinsecam & meliori attentione & eodem modo potuisset ēe simpliciter libera per denominationem extrinsecam ab attentione simpliciter, nam sicut se ht magis ad magis, ita simpliciter ad simpliciter.

Obycies 1mo: q̄a vitalitas ē aliquid intrinsecum in actu volendi, sed libertas ē quidam modꝰ vitalitatis & ē etiam intrinseca in actu libero.

R̄ dist: min: ē modꝰ vitalis extrinsecus concedo, intrinsecus nego.

Sed contra vrgent, 2do: libertas in actu 1mo ē differentia ēetialis principij vitalis & libertas in actu 2do ē differentia ēetialis actꝰ vitalis. Pbr 1a pars, q̄a voluntas differt ēetialiter ab appetitu bruti per hoc q̄d ē ēet principium liberum. Conseq: vero pbr: q̄a principium liberum vt tale debet habere actum 2dum sibi proportionatum & actum 2dum ēetialiter liberum.

R̄ concesso

R. concesso 1mo Antecedenti negando conseq: et ad probationem negatur similiter conseq: nam actus proportionatus principio libero non debet esse entitaliter liber, sed talis qui possit esse extrinsecè liber, haec autem aptitudo ad eam denominationem entitalis est illi actui et per ipsam differt etiam entitaliter actus voluntatis ab actu appetitus naturalis. ratio autem discriminis cur actus non debeat esse entitaliter liber in actu 2do, sicut potentia est entitaliter libera, desumitur facile ex dictis, quia nimirum potentia libera non potest denominari libera ab aliquo alio loquendo de libertate radicali, quare necesse est quod proveniat haec denominatio ab eius entitate, at vero actus potest bene denominari liber in actu 2do ab alio, possumus enim assignare aliud a quo sufficienter proveniat haec denominatio, conveniunt tamen potentia libera et operatio in hoc quod utraque per suam entitatem est radicaliter libera, nam sicut voluntas per suam entitatem habet aptitudinem ut possit constitui postea in actu primo proximo libertatis, ita volitio per suam entitatem habet aptitudinem ut possit esse libera in actu 2do. quare in hoc ipso videntur magis proportionari potentia libera et eius actus.

Eodem modo solvitur 3tia obiectio quae talis est: principium liberum ut liberum est diversum in ratione principii a principio necessario ergo eius effectus debet esse diversus ab effectu principii necessarii. R. imprimis ad diversitatem potentiarum non requiri semper diversitatem in effectu, sufficit enim si habeant diversum modum producendi eundem effectum, sicut potentia nutritiva et generativa utraque producit substantiam viventem, et tamen differunt per diversum modum quo illam producunt. deinde etiam ex parte ipsius effectus datur diversitas in potentia, nam ab appetitu sensitivo producitur effectus qui nec est nec potest esse liber, a voluntate vero producitur effectus qui potest esse liber quae aptitudo est entitalis ipsi actui, ut iam diximus.

Dicunt principium liberum non solum habere esse principium activum volitionis sed etiam esse liberum, sed ut principio activo ipsius respondet ei volitio ergo ut activo libero debet correspondere aliquis effectus. patet conseq: quia differentia liberi est differentia activi ergo libero ut sic correspondet aliqua productio specialis. Confirmatur: quia volitio necessaria non procedit a principio ut libero, volitio autem ut libera procedit a principio ut libero ergo diversa est haec processio ab illa. patet conseq: quia omnis actio variatur intrinsece per respectum ad diversum principium, sed actio libera habet ordinem ad principium liberum ut liberum ad quam perfectionem non respicit volitio necessaria ergo actio libera non potest esse eadem cum actione necessaria.

Hoc argumentum, in quo tandem ponunt totam vim suarum rationum adversarii, patitur plures instantias etiam in eorum sententia, nam eodem modo probaret actum amoris esse diversum entitative quando fit liberè libertate

contrarietatis,

contrarietatis, ab eo qui solum ē liber libertate contradictionis, qa principium liberum libertate contrarietatis n̄ solum h̄t ēē principium liberum, sed etiam ēē liberum ad contraria, scilicet ad amorem ē odium, amor. a. liber vt sic correspondet principio libero vt sic ꝙ principio vt libero libertate contrarietatis debet correspondere amor vt liber libertate contrarietatis, nam etiam ēē principium liberum hac libertate ē differentia principij liberi, sicut ēēt principium liberum ē differentia principij productiui, ē tn̄ ipsi aduersarij fatentur eundem amorem qui fit liber libertate contrarietatis potuisse fieri solum cum libertate contradictionis si pōia n̄ ēēt proxime disposita ad odium, atq adeo nunc ēē liberum libertate contrarietatis per denominaōem solum extrinsecam ꝙ. Idem pt vrgeri comparando amorem liberum cum amore magis libero, n. eo. quāuis maior aduertentia quæ sufficit ad augendam libertatem infert necessario variaōem in ipso actu, nec aduersarij id audent asserere. tunc. a. procedit idem argtm, qa amor liber vt liber correspondet principio libero vt sic, amor verò vt magis liber correspondet principio vt magis libero, ē principium ēē magis liberum ē differentia principij liberi vt sic ꝙ debet correspondere illi principio vt magis libero aliquid diuersum in effectu producto &c. vides ad argtm nihil probare, vel debere ab eis authoribꝫ dissolui, ē quicquid dixerit ad has instantias poterit pariter ad libertatem simpliciter applicari.

Absolute ergo respondent alij: principium liberum vt liberum addit supra principium volitiuum pōiam ad actum oppositum, ē ē principium potens producere hunc ē illum actum diuisim; quare h̄t duplicem pōiam, quando vero producit amorem n̄ exercet vtramq pōiam sed vnam, operatur tn̄ libere, qa h̄t simul pōiam ad alium actum oppositum quam n̄ exercet. cum ergo n̄ operetur adæquate sed secundum totam pōiam quam h̄t vt liberum, sed secundum vnam partem eius, n̄ oportet inuenire in effectu aliquid qd correspondeat principio libero adæquate sumpto, sed qd correspondeat vni pōiæ quam solam exercet ē qd denominetur liberum ex eo qd principium h̄at simul aliam pōiam quam n̄ exercet. ē quidem in nrā sentia negante puram omissionem liberam facilior ēēt hæc solutio, qa oē principium liberum debet includere pōiam ad duos actꝰ positiuos oppositos nempe ad amorem ē odium, vel saltem ad nolendum amare, quæ pōia nunquam adæquate exercetur nisi quoad vnam partem, atq adeo sufficit inuenire in effectu aliquid qd respondeat principio libero inadæquato, idē quatenꝰ ē merum principium productiuum amoris.

Verum hæc solutio n̄ videtur oīo satisfacere, qa considerando illud principium liberum per se in ordine ad amorem n̄ pt negari quin arguatur maior virtꝰ ex eo qd poīt producere amorem etiam quando pt producere actum oppositum, quam si poīt producere amorem solum sine pōibilitate actꝰ oppositi, sicut potior ē ea quæ pt producere calorem etiam in pñtia contrarij, quam quæ solum pt in absentia contrarij, maior ergo actiuitas consideratur etiam

in ordine

in ordine ad amorem quando producitur in praesentia obiecti contrarii, quam quando producitur in absentia talis obiecti, et ex parte principii influentis ut influentis positive consideramus aliquid intrinsece diversum quando operatur libere, quod non consideramus quando operatur necessario.

Aliter ergo respondetur ex hoc ipso exemplo, nam sicut quando ignis producit calorem in praesentia contrarii concipimus maiorem activitatem ex parte principii calefactivi, et tamen calor qui nunc producitur vel actio etiam qua producitur non est entitative diversa ab ea actione et ab eo calore quem idem ignis produceret in absentia contrarii saltem quoad primum gradum qui nunc producitur; ita licet maior activitas concipiatur in principio libero producente libere hunc amorem, non est tamen alius amor ab eo qui produceretur necessario et sine potentia proxima ad actum oppositum. ratio autem est quia in utroque casu est idem principium realiter, licet non sit idem ratione; quando enim ignis agit sine contrario agit quidem per eam potentiam per quam potest agere in praesentia contrarii, sed tunc non respicimus totam perfectionem huius principii quam respicimus postea quando per eandem virtutem agit in praesentia contrarii. sic etiam illa actio est eadem realiter quando est sine contrario vel cum illo, quia semper respicit idem principium, sed tamen non respicimus semper totam perfectionem intrinsecam illius actionis quam respicimus clarius quando fit in praesentia contrarii. vides quomodo proportionetur sua actio cum suo principio, nam actio realiter sumpta respicit illud principium realiter, actio concepta ut sine contrario respicit illud principium praecise ut potens agere sine contrario, actio denique ut facta cum contrario respicit illud principium ut potens agere cum contrario, sicut tamen in ipso principio haec consideratio non addit perfectionem realiter distinctam sed solum ratione, sic in actione non est perfectio realiter superaddita, sed solum ratione hoc quod est posse fieri in praesentia contrarii, quia nimirum iam tunc consideratur illa ut actio principii potentis agere in praesentia contrarii, quae est peculiaris perfectio in ipsa actione. eodem modo dicendum est de operatione libera; quare ad argumentum in forma respondetur negata maiori et minori distinguendo consequens, principio libero ut libero debet correspondere aliquis effectus realiter diversus nego, aliqua perfectio ratione distincta quae prius non respiciebatur concedo, nam sicut principium ut liberum solum addit perfectionem ratione distinctam supra principium volitivum ut sic, ita volitionem posse esse liberam solum addit perfectionem ratione distinctam supra ~~illam~~ ipsam volitionem. similiter ad confirmationem distinguitur consequens et diversa est haec processio ratione nostra concedo, realiter nego.

Dices: illa perfectio quam concipimus in volitione libera nullo modo datur in volitione necessaria et differunt plus quam ratione. Respondetur negando antecedens, perfectio enim intrinseca quam concipimus in volitione libera non est procedere libere, haec enim est perfectio extrinseca et accidentalis, sed esse talem quae possit procedere libere eo quod sit ab agente potente operari libere, haec autem perfectio eadem est

in volitione

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg

in volitione necessaria, licet tunc n concipiatur, sicut pfectio principij potentis ~~catera~~ agere in psentia contrarij e realiter in eodem principio quando agit sine contrario, licet tunc n concipiatur.

Sed contra obijciunt 4.to: n repugnat volitionem aliquam per suam entitatem ee talem vt petat procedere a principio p solum operatiuo sed actu operante libere, & congruentiq e si ponatur huiusmodi entitas volitionis libere de facto quae per suam entitatem sit libera. R^e transeat ants e nego seq: n e e. ponenda illa diuersitas eetialis de facto nisi vbi rao aliqua~~m~~ eam conuincat, qa n et multiplicanda numero entia sine necessitate, ita nec spee, nec genere. similiter poet ee aliqua cognitio illectualis vera quae per suam eetiam sit vera, quales st oes actq fidei, e tn n ideo dicendum e oes assensq veros quos de facto habemq etiam circa obta contingentia ee eetialiter veros. item poet diuinitq ee aliqua actio ignis quae per suam entitatem peteret procedere ab igne operante in psentia contrarij, n tn ideo dicendu e, hanc actionem qua de facto agit ignis ee eetialiter talem, nec ollus hoc dixit; ita licet n repugnaret talis volitio quae eet per suam eetiam libera, n e tn ponenda de facto absq necessitate. melq poet retorqueri argtm, qa n repugnat de potentia ee volitionem aliquam quae n petat intrinsece de se fieri libere nec n libere, sed sit indifferens ad vtrumq & talem debemq dicere eam, quae datur de facto.

Obijcies 5to: ad volitionem nram liberam concurrit Deq per voluntatem quandam indifferentem qua offert concursum indifferentem in actu primo, vt alibi dictum, ad volitionem a. necessariam concurrit Deq per voluntatem determinatam & n pt ee eadem actio qua fit volitio libera e necessaria, actio e. variatur variato principio immediato, principium a. e diuersum saltem ex parte Dei & actio debet ee diuersa. R^e negando jmam sequentiam, e ad probaoem distinguo ma: actio variatur variato principio influente concedo, variato principio applicante, nego, voluntas a. Dei solum se ht per modum applicantis omnipotiam vt concurrat. quare sicut applicaoe locali variata n ideo oportet variari intrinsece actionem manente eodem agente e termino, qa haec actio n respicit determinate hanc applicaoem sed petit aliquam; ita variata applicaoe Dei ad operandum, quae fit per suam volitionem, pt ee eadem actio ad extra, qa principium immediate influens semper e idem.

Sexto obijcitur S. Thomas infra q. 19 ~~num.~~ art. 1 vbi docet bonum e malum ee differentias per se actuum voluntatis, ex quo videtur colligi libertatem ptinere ad eetiam huiq actq, nam sine libertate n datur bonitas moralis & si bonitas e de eetia actq boni, libertas etiam erit de eiq eetia. R^e jmo S. Thomam explicare se ipsum alibi docendo bonum e malum ee differentias actuum n in gnre nae sed in gnre moris. qd expresse docet

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

docet q. 2 de malo art. 6 ad 3tium, vbi ait ee ~~malum~~ morale comparatum ad naam actus sicut quale ad subiectam, vel potius sicut deformitas qualis ad obbe. R. 2do bonum e malum mealiter ee differentias specificas actuum, nam per suam entitatem hit actus versari circa obbu honestum vel in honestum quae e bonitas e malitia radicalis seu mealis. 3tio auter Caietanus explicat S. Thomam qd bonum e malum conveniunt per se actibus voluntatis, hoc e, n per aliud sicut conveniunt actibus externis, n tn conveniunt essentialiter.

Vltimo obyci pt hanc doctrinam n pse conciliari illam sentia quae docet volitionem liberam Dei terminari per actionem ipsam qua Deus qd extra operatur, nam in ea sentia actio illa qua Deus concurrit ad actum liberum hois e terminatio voluntatis divinae diversa ab ea qua vult concurrere ad actum necessarium, ad actum e. liberum concurrit Deus per voluntatem indifferentem ad vtrumque, ad actum vero necessarium concurrit per voluntatem determinatam & ipsa actio externa e diversa, n pt e. ee diversitas in decretis liberis Dei iuxta illam sentiam nisi penes diversam terminationem extrinsecam, qd si actio e diversa ipse etiam actus noster erit diversus, qui in sentia probabiliori, quam suppono, n distinguitur ab actione qua producitur, imo si distingueretur libertas e meritum nrum magis consistet in ipsa actione quam in qualitate producta, cum per actionem formaliter operemur e exerceamus libertatem nram.

R. actionem qua terminat voluntatem Dei indifferentem qua Deus vult concurrere cum cta creata libera, n ee illam actionem qua fit actus liber, sed aliam praecedentem, nam decretum Dei indifferens debet ee in actu 1mo antequam nos operemur, actio vero illa fit & in actu 2do, sed e ipsemet actus 2us nrae libertatis. debet ergo iam prius ee terminatum decretum liberum Dei quo indifferenter vult nobiscum concurrere, pt a. illud terminatum per aliquam aliam actionem praecedentem qua v.g. producit ~~aliquam~~ cognitionem seu iudicium indifferens qd praecedit, vel aliquam simplicem affectionem necessariam mediam inter iudicium indifferens e volitionem liberam, postea vero actio qua fit actus noster e quasi imperata a voluntate Dei indifferenti terminata per priorem actionem, n tn e terminatio decreti divini qua vult producere illam actionem, atque adeo illa actio n e intrinsece diversa ab ea qua posset produci actus necessarius, potuisset e. per eandem etiam actionem Deus concurrere ad actum necessarium, ita vt nec tunc illa eet terminatio decreti quo vellet illum actum, sed praecederet aliud decretum divinum de illo actu terminatum per aliam actionem priorem, ad quam consequeretur necessario illa 2da actio quasi imperata a decreto terminato per priorem actionem.

Vrgebis: qa illa 2da actio e terminatio scientiae visionis Dei qua Deus videt existere meum actum liberum, nam pro priori non erat terminata visio Dei circa tale obbu, diversa a. e terminatio scientiae Dei ad actum liberum nostrum,

ac ad

ac ad necessarium. Et illa actio per quam terminatur e diversa ab illa alia
actione qua produceretur actus necessarius, e qua terminaretur scia visionis
Dei circa actum necessarium. R. sicut actus liber meus ut liber conflatur ex
volitione mea & ex iudicio indifferenti & ex concursu etiam Dei indifferenter
praeparato in actu, imo sic visionem Dei de actu libero meo existenti terminari
non per solam actionem qua producitur mea volitio, sed etiam per iudicium
indifferens praecedens & per oblationem concursus divini indifferentis, ex eo q. sic ex=
istant illa omnia simul illi igitur terminata scia visionis ad existentiam actus
liberi mei. non ergo requiritur quod illa ultima actio sit diversa ab ea qua fit actus
necessarius.

Obyci etiam pt. quia si idem actus qui e liber potuit esse necessarius, et
potuit hic actus voluntatis, qui nunc oritur ex tali cognitione indifferenti,
non supponere totam illam ~~cog~~ cognitionem, sed potius praecedere illam. v. g. nunc aliquis
cognoscens cibum esse delectabilem sed nocivum ~~vel~~ sanitati adhuc vult libere
cibum propter delectationem, potuisset tamen cognoscere solam delectabilitatem pro eo priori
e velle eodem actu cibum, e tunc Deus pro posteriori naturae posset dare illi cogni=
tionem nocumenti quod cibus affert sanitati, nam sicut potest Deus in praemium actus
boni conferre in eodem instanti pro posteriori naturae augmentum gratiae intuitu
illius actus boni, posset etiam pro eodem instanti dare praemio sciam infusam
vel praescientiam futurorum; cur ergo non posset similiter in eodem instanti quo quis
decreverit cibum illum comedere dare illi pro posteriori naturae cognitionem
nocumenti quod cibus affert, ut videat quale malum sibi voluerit. hoc ergo posito
iam apparet quomodo idem actus volitionis qui nunc subsequitur cognitionem
nocumenti potuisset praecedere illam cognitionem. peto ergo quae fuisset varietas
quando volitio illa praecederet cognitionem nocumenti, vel quando subsequeretur,
nam cognitio e volitio esset eadem e utraque existeret in eodem instanti reali in
utroque casu, e tamen aliqua esset denominatio diversa scilicet volitionis praecedentis
vel subsequentis cognitionem illam, quae denominatio diversa deberet provenire
ab aliqua realitate diversa, cum ergo nulla alia sit assignabilis fatendum e
volitionem ipsam in sua entitate esse diversam quando procederet ex cogniti=
one indifferenti e quando procederet ex cognitione determinata.

R. posse adhuc explicari illas diversas denominationes absque varie=
tate intrinseca in ipsa volitione, nam quod volitio v. g. praecedat cognitionem
nocumenti e Deum ex praevisione volitionis existentis moveri ad producen=
dam illam cognitionem e non econtra. quid. a. hoc ipsum explicatur
diverso modo iuxta diversas sententias de decretis liberis Dei; nam qui ponunt
decretum divinum adaequate intrinsecum Deo etiam quoad terminationem facile
dicent tunc dari in Deo diversum decretum liberum producendi illam cogniti=
onem ex tali motivo, nempe quia videt existentem talem volitionem cibi.
qui vero dicunt decretum liberum Dei terminari per actionem extrinsecam

dicent

dicent in illo casu hoc esse diversam actionem qua Deus producit illam cognitionem, quae actio terminat tale decretum producendi illam cognitionem, quae videt existentem volitionem; e contra vero quando cognitio illa praecedit volitionem cibi vel erit diversum decretum intrinsecum Dei, vel si hoc terminatur per actionem extrinsecam erit diversa actio qua producitur cognitio illa nocumenti non ex motivo volitionis cibi existentis, sed potius ex motivo ut voluntas creata deterreatur a volitione cibi, quae diversitas actionum vel decretorum Dei sufficit ad dandas illas diversas denominationes volitionis praecedentis vel subsequentis cognitionem nocumenti. Adde ad defendendam nostram rationem posse concedi quod variata qualibet cognitione varietur intrinsece actus volitionis, eo quod volitio intrinsece dicat ordinem ad cognitionem diversam praecedentem, adhuc esse posset aliquando idem actus qui nunc est liber esse non liber, nimirum quia existentibus iisdem cognitionibus in meo intellectu potest Deus nolle dare concursum indifferentem ad actus voluntatis oppositos, sed determinatum ad solum unum actum, in quo casu ille actus non esset liber sed necessarius per denominationem extrinsecam a negatione concursus divini indifferentis praeparati in actu primo.

SECTIO II.

Dissolvitur aliud argumentum recentiorum contra doctrinam praecedentem.

Alii recentiores rejectis aliis fundamentis aliud de novo excogitant ad probandum libertatem esse essentialem actui secundum suam entitatem intrinsecam; argumentum autem est huiusmodi: actus liber ut liber est obiectum specialis complacentiae et displicentiae Dei, quam non terminat actus quando fit sine libertate, et quatenus liber habet aliquam perfectionem aut imperfectionem intrinsecam quam non habet actus necessarius. Consequentia patet, quia complacentia Dei supponit in obiecto bonitatem aut perfectionem. Antecedens vero constat: quia alioquin non praemiaret Deus specialiter illum actum nisi Deo magis placeret quam actus necessarius et terminat aliquam specialem complacentiam Dei. Hoc argumentum late urget et prosequitur P. Hurtado disp. 15 de bta sect. 16. § 51. et seqq. cuius sententiam impugnat ex professo P. Koningh de moralitate actuum supernaturalium lib. 1 disp. 2. dubio 8.

Dices: hoc non arguere libertatem esse aliquid physice intrinsecum in actu, sed ex libertate resultare quandam bonitatem moraliter intrinsecam quae terminet illam complacentiam Dei. Sed contra hoc est, quia illud morale quod resultat prout distinguitur ab ente physico est vere nihil, nam inter ens et nihil non datur medium nec potest esse aliquod verum ens quod physice non existat, et si Deus complacet sibi in eo actu propter bonitatem quam actus habet, videt aliquid de novo physicum quod antea non erat. Confirmatur: quia habere hanc bonitatem moraliter

intrinsecam